

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Christvs Acerbissimos Crvciatvs Mortemqve  
Ignominiosam Svbitvrvs Ex V.T. In N. Sistitvr**

**Officina Ahliana Officina Ahliana**

**Cobvrgi, MDCCLXXI**

**§. IX.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9348**

## XIV

tione contexta conuenire videntur; praecedit enim: *propterea quod vita per mortem se evacuauit;* vnde probabile fit, quae proxime sequuntur: *et sanguibus annumeratus est,* ad illud ipsum, quo mortis suppicio affectus est, tempus spectare.

## IX.

Iesu e ligno pendente, accidit, ut *vestimenta eius milites sorte distribuerent;* quod idem in vaticinio fuisse, Matthaeus c. XXVII, 35. et Ioh. c. XIX, 24. indicant, in medium prolati verbis Psalmi XXII, 19. *Διεμερίσαντο τὰ ἴματα μου ἑαυτοῖς,* καὶ ἐπὶ τὸν ἴματομόν μου ἔβαλον κλῆρον. In quibus tam clara sunt omnia et euidentia, ut actum agere iure videremur, si apte et in loco laudatum esse effatum istud, ex Psalmo, qui totus est Messianus, desumtum, ostendere vellemus. Scilicet euentus hic, per vaticinium de eo proprie dictum, confirmatur.

## X.

Addimus duo adhuc V. T. oracula, quae Iohannes, ultima Iesu fata describens, in eo vere impleta fuisse dicit. Alterum eo pertinet, ut *crurifragium* in corpore Christi non esse adhibitum ostendat, quod ad mortem in iis, qui crucis suppicio afficiebantur, accelerandam alias usurpari consueverat. Destinato Dei consilio hoc accidisse Euangelista docet c. XIX, 36.

Eγένε-

